

T A B L A.

puto, q̄ fratres possint tales [sicut & alios ba-
 stardos] legitimare, existente ad hoc causa
 rationabili, eorum iudicio, & arbitrio iudi-
 cata. Quoniam, Sixtus. 4. Nicolai succes-
 sor ad hoc eis auctoritatem dedisse ostendi-
 tur, concedens potestatem vt possint in irre-
 gularitatibus quouis modo, & causa incurfis
 excepta Bigamia dispēfare. Hoc habetur in
 Compendio authentico Fratrum Prędicato-
 rum. fo. 142. Item ex Iure inuenimus, q̄ nū-
 q̄; vel rarissime Sedes Apostolica dispensa-
 uit cum his, qui sibi virilia amputauerunt,
 nō causa infirmitatis carnalis; vt patet dist.
 55. Si quis absciderit, & c. Qui partem
 dist. 33. c. Significauit de Corpore vitia, nō
 ordi, maxime, vt Missam dicant. Alię sunt
 irregularitates, in quibus de facili Papa dis-
 pensat, vt est cum filio presbyteri, si vult ef-
 se Religiosus, in religionibus in quibus nō
 prohibentur per earum ordinationes, ne re-
 cipiantur illegitimi. c. 1. de Fili. presbyte.
 Aliās nati ex fornicatione non promouean-
 tur, vt dicit. dist. c. 1. & 35. q. 3. De
 incestis.

¶ Possunt vtiq; dispensare, cum bastardis
 etiam quo ad subeundas prelaturas, ex con-
cessio